



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 79. Madrutius Cardinalis re infecta Romam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæc. XVI. *ret, curaturum Cæsarem, ut nonnisi vir san-*
A.C. 1547. *ctissimæ, gravissimæque dignitati par suffi-*
ceretur: hæcque promissa, ut magis rei cau-
tum esset, a Romanorum Rege, designato
successore Cæsaris, si forte is obiret, firma-
tum iri.

Pallav. ib. n. 8

Præterea Cardinali Madrutio in-
 iunctum fuit, ut si forte difficilem experire-
 tur Pontificem post impensa simul cum Ora-
 tore Mendoza, quam maxima possent, offi-
 cia, publicam, quantum liceret, ea de re si-
 dem acciperent, atque aut in Senatu, aut per
 aliam pro ipsorum arbitratu formam mo-
 nerent Cardinales, Principum Oratores, a-
 liosque illustres viros publico munere præ-
 ditos, ut cunctis innotesceret, nihil suarum
 partium, divini honoris, rei que Christianæ
 causa fuisse a Cæsare prætermissum: si ve-
 ro Pontifex, quod minime credendum erat,
 juberet Patres Bononiæ aliquid agere Tri-
 dentinæ remigrationi adversum, Orator
 protestationem ex formula traditi seorsim
 scripti adhiberet.

§. LXXIX.

Madrutius Cardinalis re infecta Ro-
mam delatus.

Pall. l. 10 c. 6. **M**adrutius Cardinalis hisce mandatis
n. 9. 10. & instructus, Bononia, ubi prius cum
cap. 7. n. 1. Octavio Farnesio colloquebatur, profe-
& 2. ctus est, die decima septima Novembris
 Roman

Romam delatus. Ibidem mandati ex-
emplar Pontifici tradidit, qui, ut de re-
sponso consultius deliberaret, Marcel-
lum Cervinum Cardinalem Bononia
accerfivit. Hic die nona Novembris illuc
venit, eo autem præfente fummus Pon-
tifex rem cum Sfondrato, ac Montano
Cardinalibus contulit, nec non huic po-
fteriori, utpote magis vicino illud Cæ-
farei mandati exemplar transmisit, signi-
ficans, quod multi ex Patribus ad Sy-
nodi suspensionem propenderent: Sfon-
dratus vero in suo responfo mala expo-
nebat, quæ oritura dicebat, five demum
Synodus denuo Tridentum revocaretur,
five Bononiæ continuaretur. Ceterum
quid hac in re consultius foret, Sfon-
dratus haud decidebat.

§. LXXX.

*Montani Cardinalis iudicium circa
Cæsaris mandata.*

Verum Cardinalis Montanus hac super
re sententiam suam magis aperte
declarans inspectis Caroli mandatis con-
jiciebat, quod Cæsar in Pontificem, ac
Cardinales cunctationis culpam rejicere
intenderet, ut in ipsum tota celebrandæ
Synodi auctoritas devolveretur. Verum
ipsum hanc suam conjecturam impugna-
bat, affirmans, quod infirma esse hæc

Sæc. XVI.
A.C. 1547.

*Pallav. c. 7. n.
2. ex lit.
Mont. ad
Cerv. II. &
15. Nov. 1. 6.
& 7. Dec.
1547.*

D d 2 ratio